

145. Cujus dogmatis impietas in omnes & singulos doctrinæ Christianæ articulos, vel certè præcipuos turpiter impingit : neque salvis illis ratione nulla stare potest.

146. DEVS enim (ut aliquos saltem articulos delibemus) substantiam nostram etiam post lapsum creavit : Filius DEI eandem non specie diversam in ~~το~~ οὐσίας sua unitatem assumit : Spiritus Sanctus eandem in baptismo per verbum regeneravit : Eandem DEVS à mortuis resuscitabit, & ingenti gloria ornabit. Atqui nihil horum, sine extremâ blasphemia in Sacrosanctam Trinitatem, de peccato originis affirmari potest. Ergo &c.

147. Nos Accidens illud esse statuimus, non quidem leve, sed adeò ἀνεργητικὸν, ut omnes omnino vires corporis & animæ lethaliter inficerit. id quod suprà demonstratum.

148. Quem in modum scitè Clemens Alexandrinus scribit : ἀμέλει τὸ ἀμαρτάνειν, ἀνεργείᾳ κεῖται, τὸν δόσια : διὸ δὲ ἔργον θεῖ. Peccatum inter actiones ponitur non inter substantias, Quamobrem nec DEI est opus. l. 4. Strom. f. 219.

149. Et D. August. Malum inquit, quod querbam, unde esset, non est substantia, Quia si substantia esset, bonum esset. Aug. in lib. Conf.

150. Et D. Lutherus noster : Discernenda est, inquit, deformitas à creatura, & spiritua. lcs